

## **magnus coquus**

ego sum magnus coquus. ego ancillam delectō. multae ancillae magnum coquum laudant. vēnālīcius magnum coquum nōn laudat. vēnālīcius inquit, "tū es magnus coquus ēbrius." ego respondeō, "ego nōn sum magnus coquus ēbrius, sed ego sum magnus coquus optimus. tū es mendāx! ego multam pecūniā in tricliniō faciō!"

## **leō in forō**

Caecilius et Metella forum intrant. Caecilius vēnālīcium et ancillam videt. "salve!" inquit Caecilius. "salvē! ego sum Syphāx," respondet vēnālīcius. Syphax Metellam salūtat. subitō turbae clamant. "ecce! leō est in forō," clāmat fēmina. magnus leō puerum petit. "Metella, curre!" clāmat Caecilius. leō Caecilium ferōciter verberat. Metella nōn est laetus. leō tamen est laetissimus.

## **dominus et servus**

Grumiō est in culinā. coquus cēnam coquit. ancilla culinām intrat. "salvē," inquit Grumiō. "ego magnum coquum quaerō," ancilla clāmat. Grumiō rīdet. ancilla Grumiōnem dēlectat. Caecilius est in tricliniō et cēnam exspectat. clāmōrem audit. Caecilius culinām intrat et Grumiōnem videt. "furcifer!" clāmat Caecilius. Grumiō et ancilla sunt perterritī. ancilla ē culinā currit. "domine! cēnam coquō!" inquit Grumiō. "tū es mendāx!" Caecilius vituperat et Grumiōnem petit. Caecilius exit. Grumiō canem videt et vōcat. Grumiō fustem tenet et canem petit. canem coquit. coquus cēnam ad Caecilium portat. Caecilius cēnam gustat. cēna Caecilium dēlectat. Grumiō rīdet.

## **canis et cēna**

pāvō clāmōrem in culinā facit. Cerberus pāvōnem audit. pāvō Cerberum videt. Cerberus est īrātus! canis pāvōnem petit et cōnsūmit. canis est laetus. ancilla clāmōrem audit. ancilla culinām intrat et circumspectat. ancilla canem et pāvōnem videt. ancilla nōn est laeta. ancilla canem secat. ancilla canem coquit. ancilla ad Caecilium cēnam portat. dominus inquit, "Cerberus! Cerberus! ubi est Cerberus?" ancilla respondet, "canis est in viā." Metella tricliniūm intrat. Caecilius inquit, "tū canem in viā vidēs?" Metella respondet, "canis nōn est in viā." Metella et Caecilius perterritī sunt.

## **Grumiō et leō**

Grumiō ē tabernā discēdit. Grumiō est ēbrius et clāmōrem in theātrō audit. Grumiō theātrum intrat. Grumiō leōnem videt. magnus leō actōrem petit. "ego sum Herculēs!" Grumiō clāmat. "curre ferōciter!" sed leō nōn currit. leō ad Grumiōnem ambulat. "quid tū agis?" inquit spectātor. Grumiō spectatōrem audit. "leō quoque est āctor!" clāmat spectātor. Grumiō ē theātrō exit. turba rīdet. "ad vīllam redeō," inquit Grumiō. puellae sunt in viā. Grumiō rīdet.

### leō et ancilla

leō in theātrō dormit. leō stertit. ancilla theātrum intrat. ancilla amīcum quaerit. amīcus nōn est in theātrō. ancilla leōnem videt. ancilla est ēbria. ancilla est laetissima. ancilla clāmat, "dēliciae meae! habeō vīnum dē monte!" leō surgit. leō est perterritus. ancilla suāviter cantat. leō inquit, "tū es scurrilis, sed tē amō." Pompēiānī theātrum intrant. leōnem et ancillam vident. perterritī sunt et clāmōrem faciunt.

### Grumiō cēnam coquit

Grumiō ēbrius in viā est. Grumiō īrātissimus est. Grumiō vīllam intrat et ad culīnam contendit. coquus multum vīnum bibt.

Grumiō clāmōrem audit. ad clāmōrem ruit. subitō leōnem videt. "ēbriissimus sum," Grumiō inquit. "leōnem nōn videō; leō pictūra est." "salvē, Grumiō!" leō inquit. "nōn pictūra sum. cibum optimum exspectō." "pestis! hodiē ōtiōsus sum. nōn coquō," Grumiō inquit. Grumiō ad iānuam currit, sed prope iānuam multī leōnēs stant. Grumiō irātissimus est. Grumiō novāculam tenet et leōnēs ferōciter secat. multus sanguis fluit. Grumiō est Herculēs. Grumiō cēnam optimam parat: Grumiō leōnem cōnsūmit.

### Caecilius ancilla quaerit

Caecilius et servus forum intrant. "multī vēnālīciī sunt in forō," inquit Caecilius. "ego sum vēnālīcius optimus," clāmat Syphāx. Caecilius Syphācem salūtat. "quis est ancilla optima?" inquit Caecilius. "Melissa est optima!" respondet Syphāx. Melissa Caeciliūm dēlectat. "tū es pulchra," clāmat Caecilius.

### cēna optima

leō Grumiōnem coquit. Grumiō clāmat, "perterritus sum!" pater est in tablīnō et pater Grumiōnem nōn audit. māter tablīnum intrat et dominum suāviter salūtat. "ubi est cibus?" māter inquit. dominus clāmat, "ubi venīs, serve?" dominus et māter ad culīnam ambulant. sed Grumiōnem nōn adest. sanguinem vident et

māter per iānuam currit. mox pater leōnem videt et quoque per iānuam currit. leō est laetissimus et in tricliniō cēnam cōnsūmit.